

suscipiamus honorifice. Ipse enim
 a deo nos honoravit quod fecit nos
 sibi similes. et hoc in creatione. fe-
 cit nos fratres et hoc in recreatio-
 ne. fecit nos coheredes. et hoc in
 glorificatione. Et ideo merito debe-
 mus ipsius honorare qui tam mul-
 tipliciter nos honoravit. Secundo
 ut sibi gratias referamus. Modus
 referendi gratias aliquando fit
 per solam vocis expressionem. ali-
 quando per manuum elevationem
 aliquando per genuflectionem.
 aliquando per totius corporis pro-
 strationem sicut modo trigramus.
 Hoc significatur. **Gene. xvij** ubi
 abraham audita natiuitate futu-
 ra ysaac: cecidit in faciem suam.
 et adoravit scilicet gratias referen-
 do. **Tercio** ut nos mortales reco-
 gnoscamus. ac si quislibet dicat.
Ite me in terram prosterno. quod
 me mortalem cognosco. **Gene. iij**
Pulvis es et in puluerem reuertere-
 ris. **Aug. 2.** Pulvis es et in puluerem mani-
 matu quod eras reuertetis

In natiuitate domini.
 Sermo primus

Populus gentium qui
 ambulabat in tenebris
 vidit lucem magnam et
 cetera. Et sub die. **Par-**
aulus natus est nobis. et filius da-
 tus est nobis. **Psalm. ix.** Quando
 rex aliquis est venturus? multi nu-

erunt destinantur. Sic etiam ante fa-
 ciem huius regis in qualibet tri-
 um missarum tres nuncios misit
 .i. unum prophetam. unum a posto-
 lum et unum euangelista. Et isti o-
 nes sunt fide digni. Nam ysaas a
 spiritu sancto inspiratus. apostolus
 usque ad tertium celi raptus. eu-
 gelista scilicet **Lucas** qui in dua-
 bus missis ponitur a beata virgi-
 ne doctus. **Johannes** qui in terci-
 a missa ponitur: fuit in fonte petro-
 ris pristina aqua sapientie potatus.
Verba igitur premissa sunt vni-
 us de hijs tribus ambiciato ribus.
Psalm. In quibus tria ponunt
Primum est humani generis ma-
 gnum periculum cui dicitur. **Po-**
pulus gentium qui ambulabat in
 tenebris. **Tenebre** quidem quatuor
 incommoda inducunt. scilicet horrore
 obscuritatem. tristitiam et frigidita-
 tem. **Hoies** ergo tunc erant in tene-
 bris. quod erant in horrore et timore
 eo quod erant in potestate demonum tra-
 ditum. **Exod. iij.** **Facite** sunt tenebre et
 erant in obscuritate. quod erant mul-
 tiplici ignorantia inuoluti. **Job. 3.**
17. **Nos** quidem inuoluitur tene-
 bris. Erant in tristitia. quod dei visi-
 one privati. **Job. v.** **Quale** gau-
 dium mihi est qui in tenebris sedeo
 et lumine celi non video. Erant in fri-
 gore quod ab igne diuini amoris fu-
 erunt alieni. de quo igne **Lu. xij. 32.**
Ignem mittet in terram et quis
 volo nisi ut ardeat. **Et** populus qui
 erat in hijs tenebris hodie vidit